




LISBOA & C.<sup>o</sup>  
ENCADERNADOR  
Largo do Carmo.





Page 135

No. 457

~~6, 1, 10~~

Inc  
526

**De ecclesiastica potestate**

*Ine*  

---

*526*

**C**apitulū p̄mum in quo agit  
de triplici sacerdotio maiori ma,  
gno ⁊ maximo.



**I**ncipit tractatus de ecclesiasti  
ca ptate editus a fratre Alexandro  
de sancto elipidio sacre pagine p/  
fessore fratrum heremitarū ordinis  
sancti Augustini Epistola ad sū/  
mum pontificem.



**S**ancitissimo  
in xpo patri  
ac reuerēdis  
simo domio  
dño Joanni  
diuina pro/  
uidentia sa/  
cro sacre ro

mane: ac vniuersalis ecclesie sum  
mo pontifici Frater alexāder de  
sancto elipidio. Frūm heremitarū  
ordinis sc̄i Augustini theologice  
facultatis p̄fessor lz inutilis: z indi  
gnus cū sūma reuerētia deuota pe  
dum oscula beatorū. Id̄esens opu  
sculū clemētissime p̄ de ecclesiasti  
ca ptate: ex dictis catholicorū do/  
ctorū collectū q̄ aggredi me iduxit  
deuota subiectio: ad vnā senctā: et  
ap̄licam ecclesiam: nō sine timore  
z tremore maxime p̄pter materie  
altitudinē p̄ntare vestre beatitudi  
ni attēptauī. Que tā excellētissimi  
iudicij rectitudine: q̄z etiā sūme au  
ctoritat̄ plenitudine desup sibi cō  
cessis siqua b̄ndicta sunt acceptare  
poterit: z nō benedicta misericor/  
diter emendare

**I**ncipit p̄hemū in quo exprimit̄  
mā z intentio presentis opusculi.

**H**oc est nomen q̄ voca  
bat euz dñs iustus no  
ster Hierē. xxiii. v̄ba  
ista q̄ dicta sunt de do/  
mino n̄ro iesu xpo: cōuenienter ex  
poni p̄nt de quolibet ipsius gn̄ali  
vicario q̄ sic suas vices exp̄sse ge/  
rit in terris: vt plerūqz q̄s de ipso  
scribit: cōuenienter de ipsius vica  
rio possit exponi: q̄ singulr̄ quātuz  
ad p̄positum spectat dici p̄t dñs  
rōne plenitudinis pt̄atis: qz locus  
illius caput est: z p̄posit̄ s̄m q̄s di  
cit Crisostom̄. Qui data est ois po  
testas in celo z in terra. Sed iustus  
ratioe p̄cipue sanctitatis. Vnde z  
p̄ sanctissimus appellat̄ rōne sta/  
tus q̄z tenet: q̄ est totius sanctitatis  
p̄ncipiuz. Sed noster rōne ecclesia  
stice pt̄atis: a quo omis pt̄as in ec/  
clesia: derivat. Quā q̄dem moder/  
nis t̄pibus nō sane intelligētes du  
bieratē q̄ plurimis nō modicaz at/  
tulerunt. Et qz s̄m Ysidorū. q̄n ali  
qua dissensio apparet: tūc clarius  
manifestāda est assertio veritatis.  
Ego doctoz theologoz minimus  
quātumcūqz clare z euidenter agno  
scam: q̄ hoc vires modicitatis et  
debilitatis mee excedat: nisi tñ  
spūs sancti q̄r̄e a qua est ois sapiē  
tia: z eloquētia cū timore nō modi  
cō: z debita reuerētia attētaui aliq̄  
p̄pendiose de ptate ecclesiastica i/  
scriptis reddigere p̄ns opusculuz  
in duob̄ tractatib̄ p̄diuersa capi

a ij



tula distinguendo: vt meis dñis ⁊ magistris facilius occurrant q̄ dicunt: vt benedicta cōmodius emē dare possint: ⁊ de benedictis siqua sunt laudes refferre bonozū oīum largitori.

**C**aplm̄. iij. in quo agitur de triplici sacerdotio magno maiori ⁊ maximo.

**C**aplm̄ secundum in quo agitur de triplici ptate ordinis iurisdictionis ⁊ mixte ex vtraq̄.

**C**aplm̄ tertium in quo ostenditur q̄ potestas ordinis sit in mediate a x̄po.

**C**aplm̄ q̄rtum in quo ostendit q̄ potestas iurisdictionis in summo pontifice sit in mediate a x̄po.

**C**aplm̄ quintum in quo ostenditur q̄ ptas iurisdictionis etiā in ap̄lis: ⁊ in discipulis fuerit in mediate a x̄po.

**C**aplm̄. vi. in quo ponunt rōnes aliquoz ostendentes q̄ ptas iurisdictionis in ep̄is ⁊ curatis sit in mediate a christo.

**C**aplm̄. vii. in quo probat q̄ talis ptas iurisdictionis nō est in mediate a christo in ep̄iscopis.

**C**aplm̄. viij. in quo r̄ndetur ad rōnes ⁊ auctoritates q̄ nitunt p̄bare q̄ talis ptas iurisdictionis sit in mediate a x̄po in ep̄is ⁊ curatis.

**C**aplm̄. ix. in quo expr̄missis ostenditur qualiter ptas mixta sit in mediate a x̄po: ⁊ qualiter in mediate a suis vicarijs.

**C**aplm̄. x. in quo agit̄ de successione p̄sonarū ecclesiasticarum ex quo plura clarius apparebūt que in prem̄issis posita sunt.

**C**apitulum p̄mum in quo agit̄ de triplici sacerdotio maiori magno ⁊ maximo.



**V**idendum aliq̄d breuiter de ptate ecclesiastica qualis sit in summo p̄fite: et quō ab ip̄o

descēdat ⁊ cōiceat alijs p̄latib̄ ecclesie p̄mittēda est duplex diffinitio vna de sacerdotio: ⁊ alia de ptate. Sed p̄mo dicendū de sacerdotio. Circa q̄ dici p̄t q̄ triplex est sacerdotiū magnū: maius: ⁊ maximū. Sacerdotium magnū est sacerdotiū simplicis p̄sbyteri: q̄ p̄t dici magnū in cōparatione ad sacerdotiū q̄ fuit in lege nature q̄ fuit ex hūana institutione. Rō enī nālis dicit deū eē colendū: ⁊ ei esse offerendum. vñ ⁊ tūc p̄mogeniti sacerdotes instituebant vel alij p̄pria voluntate offerentes officium sacerdotis exercebant. Sicut etiā nunc bon⁹ hō dicitur sacerdos mystice: q̄ sacrificiū mysticū offerit deo seipm̄. s. hostiaz viuētē: ⁊ hoc sacrificiū fuit ab initio generis humani. **C** Aliud sa:

crificium fuit in lege mosayca ex i/  
 stitutione diuina: et hoc inchoauit i  
 Aaron. Unde Ysido. in lib. de pso  
 nis ecclesiasticis dicit. Initiu sacer  
 dotij: Aaron fuit: qz qd Melchisa/  
 dech hoc obtulerit sacrificiu. Sed  
 iste. s. spontanea voluntate. Sz a/  
 aron obtulit victimas dno eo iu/  
 bente ac loquere ad Moysem acci  
 pe inquit Aaron et filios eius etc.  
**T**ertium sacerdotiu e a deo in  
 stitutum a lege euagelica datum et  
 ordinatu ministerio xpi qui fuit de  
 us et homo: et hoc e sacerdotiu gra/  
 tie et sacerdotium perfectu. Quod  
 pot dicitur sacerdotium magnu in co/  
 paratioe ad sacerdotiu in lege na/  
 ture qz erat sacerdotiu imperfectu  
 qz gratia perficit natrã: et incopa/  
 ratione ad sacerdotium in lege mo/  
 sayca qz erat sacerdotium: figurati  
 uu figura at cessat adueniente xpi  
 te: vt de quolibet sacerdote euage/  
 lico: rone status possit vere et pro/  
 prie canticum ecclesie. Ecce sacer  
 dos magnus. Sacerdos eniz in lege  
 nature non erat magnus: qz imperfe  
 ctus: nec i lege mosayca: qz figura/  
 tius. Sed in lege euangelica e sa/  
 cerdos verus et pfectus: et ideo ma/  
 gnus et hoc sacerdotiu euangelicu:  
 nuc manet in ecclesia et durabit vs  
 qz ad diem iudicij: cuius actus san  
 ctificare: vt omnis actus eius dici  
 possit quedam sanctificatio. Ad  
 ipsum enim pertinet sacrificiu of

ferre pro peccatis populi et in suis  
 orare pro populo: et ipsius vota et  
 preces deo offerre: et aliqua sacra/  
 menta ministrare per que cofertur  
 gratia que omnia sanctificationem  
 importat. Unde et medius dicitur  
 inter deu et populum. Sub hac au  
 tem sacerdotali dignitate coprehē  
 ditur ois ecclesiasticus ordo: vel e  
 sacerdotalis: vel habet attributio  
 nem ad ipsum sicut ad fines. gratia  
 cuius e: et cui subseruit: sicut ars in  
 ferioz arti supiozi. **S**acerdotiu  
 maius e sacerdotium epozum: tum  
 qz in ipsis e ordo sacerdotalis: sm  
 quãdam pfectione: quia perfectus  
 vnũquodqz dicitur cum pot aliud  
 sibi simile pducere. Ipsi autem nõ  
 solum non habent ordinẽ in seipsis  
 immo etiã alijs tradat ministeriali  
 ter talem ordinem: qz ad eos perti  
 net dispensare sacramentu ordinis  
 tum etiã quia eis copetunt aliq  
 uae actiones que non possunt copete  
 re alijs sacerdotib: sicut potiffices  
 psecrare virgines benedicere: ma  
 nus imponere: siue confirmare: et  
 basilicis ddicare et huiusmõ. **N**ũ  
 et si alij sacerdotes administrat qn  
 qz sacra. ipsi tñ administrant septẽ.  
 et maiores et minores sacerdotes i  
 hijs que agunt vtuntur reb: p epi  
 scopos cosecratis. pp qd couenien  
 ter epat: ordo qdam dici pot supra  
 sacerdotiu: nõ vt ordo dicitur sacm:  
 sed vt dicit officiu quodã respectu

quarūcunq; saerarum actionum.  
Hoc aut̄ in eqlitatis oirpe v̄ fuisse  
Nam apud gētiles fm̄ qđ dicit Y si  
dorus in lib. etbi. minores sacerdo  
tes dicebant flamies ⁊ maiores ar  
chiflamines. In veteri testō. Harō  
erat maior sacerdos sub quo erant  
filij eius: minores sacerdotes mini  
strantes sub eo. In nouo etiā testō  
xp̄us instituit maiores sacerdotes  
xij. ap̄los qbus succedunt epi ⁊ alij  
prelati: sicut cōsequenter videbit̄.  
Et. lxvij. discipulos: quibus succe  
dunt sacerdotes magni q sunt ma  
iorib; in auxilium: vt multitudo fi  
delium facilius gubernet ⁊ diriga  
tur. ¶ Sacerdotiū maximum est  
sacerdotiū sūmi pontificis: qui est  
vicarius xp̄i: ⁊ successor petri: qa  
ppter ptātem ordinis h; vniuersa  
lem ⁊ plenā ptātem iurisdictionis su  
per omni ecclesia ⁊ vniuerso po  
pulo xp̄iano: qz data ē sibi omnis  
ptās in celo ⁊ in terra q referri po  
test ad istam duplicē ptātem qui lz  
appropriate dicat̄ pontifex roma  
nus: qz romana ecclesia mater ⁊ ca  
put est oīum ecclesiarū vniuersal  
tamē est pontifex oīum xp̄ianorum  
vnde ⁊ dicitur epi; vrbis ⁊ orbis:  
huic dictū est a dño in Joāne. Tu  
vocaberis cephas: qz iterpretatur  
caput: quia sicut caput inter cetera  
membra corporis obtinet pncipa  
tum sic ⁊ ipse iter ceteros ap̄los: ⁊  
p p̄ns successor eius iter ois succes

sores. ad significādū aut̄ ei; pncipa  
tum. p̄us fuit sibi dictū. Math. xvj  
Qđ cūq; ligaueris sup̄ terrā ⁊c. et  
pena sil' cū alijs Math. xvij. Qđ  
cūq; ligaueris: ut ostēdat q p̄mo ⁊  
pncipalr ptās p̄uēit petro dicim; i  
de p̄cum ad alios descendit fm̄ qđ  
infra plen; dicit̄. Dictū ē ēt sibi in  
definite pasce oues meas. non has  
vel illas sicut expōit crisostomus  
Et iter; sup̄ hāc petrā edificabo ec  
clesiā meā. nō p̄tem ecclie: vt desi  
gnet ei; v̄lis ptās. ¶ Ad hui; tñ  
veritatis p̄firmatiōez lz ples rōnes  
adducant. vna tñ v̄ eē potissima ⁊  
pncipalis q sumit̄ ex ordine vniuer  
si: qz regimē ecclesie supponēdū est  
esse ordinatū: ⁊ fm̄ optimū regimis  
modū. P̄tin; aut̄ regimis est mo  
dus in oī societate ⁊ multitudine:  
vt reductio ⁊ regimē fiat pncipalr  
per vnū. hoc enī cōspicim; in oī nā  
li regimine. Mā in multitudine mē  
broz: vnū est mēbrū qđ pncipalr  
mouet ⁊ dirigit. s. cor. In ptib; etiā  
potentialib; aie vna est q mouet: ⁊  
impat. s. ps itellectiua. In toto etiā  
vniuerso vnū est p̄mum pncipiū q  
mouet ⁊ dirigit. imo monstruositas  
eēt i ecclia: si eēt duo capita ⁊ vnū  
qđ aliud nō reducent: nec etiā eius  
vnitas bñ seruari pōt: nisi ad vnuz  
de hijs q sunt fidei fieret reductio  
vt satis apparere pōt diligēter cō  
siderari. Qđ p̄figuratiū dici pōt in  
apoc. bñ Joānis, in qua legit qz vi

dit bestia per qua designant genti  
 les bere multa capita. Sed agnus  
 per que designatur nostra ecclesia  
 catholica no habebat solum vnuz  
 caput. vii ⁊ apostolus postqz dixit  
 rat ad Romanos. xiiij. q non e po/  
 testas: nisi a deo cosequeter subdit  
 qa a deo sunt: ordinata sut. Qd ma/  
 xime verificari dz de sancta eccle/  
 sia qua xps vsqz ad mortez dilexit.  
 vnus est ergo pastor totius orbis  
 qui summū ⁊ maximū sacerdotiuz  
 tenet: sicut est vnus dñs q toti vni  
 uerso principatur.

Caplm. ij. in quo agitur de tri/  
 plici potestate ordinis iurisditiōis  
 ⁊ mixte ex vtraqz.



Sicut autē premissa est  
 termēbris distinctio d  
 sacerdotio. Sic conse/  
 quenter ponēda est ter/  
 mēbris distinctio de ptate. Est  
 enim vna ptās que est ordinis tm̄:  
 sicut potestas sacerdotalis: cuius  
 actus est interpellare p. pplo ⁊ sa/  
 crificium offerre: vt supra dictū ē.  
 Alia est ptās que est iurisditiō  
 nis tm̄: vt ptās iudicandi in causis  
 spūalibus extrinsecis: vt corrigēdi  
 puniendi ⁊ inferendi spūales pe/  
 nā. Tertia est ptās que aliquo  
 modo pōt dici mixta ex ptate ordi/  
 nis: ⁊ ptate iurisditiōis: sicut ē po/  
 testas clauiaz: ptās predicandi: ⁊  
 vlr ptās administrādi sacra loquē  
 do de predicatione publica que fit

in ecclesia ad edificatiōē fideiuz  
 non de priuata: que posset fieri per  
 modnz cuiusdam familiaris collo/  
 cationis ad vnuz vel ad paucos.  
 sic enī de tali potentia sicut suo mo/  
 do distinguim⁹ de scientia. ¶ Di/  
 cimus enim q quedam est scientia  
 que est per reuelationem tantum:  
 sicut scientia fidei: siue scientia sa/  
 cre scripture: vt est a deo ipsaz spe/  
 cialiter reuelante ⁊ inspirante ho/  
 minibus. spiritu enim sancto inspi/  
 rati: locuti sunt sancti dei homines  
 vt scribit i canōica petri. ¶ Alie  
 sunt scientie que sunt ex inuentiōe  
 tantum: sicut scientie philosopho/  
 ruz: que si sint a deo eo modo quo  
 dicimus a deo omnia esse. Hoc ta/  
 men ē in mediate a natura. intelle/  
 ctus humani per qua ad inuēte sūt  
 scientie ⁊ mediantibus rebus q sūt  
 ipsius scientie cause. Quia ⁊ si sciē/  
 tia diuina causet res: natura tamē  
 causatur areb⁹ que aliquo mō sūt  
 nre magistre: vt ponit Augu. i lib.  
 magno. ¶ Alia ē scia q priz est ex  
 reuelatōe ⁊ prim ex subtilitate itel/  
 lect⁹ hūani: sic sacra scriptura psci/  
 derata i aliqb⁹ suis pclusionib⁹. qa  
 ples sunt ibi pclones deducte ex i/  
 uestigatōe rōnis ⁊ i subtilitate itelle/  
 ctis hūani. ¶ Sic ēt suo mō distin/  
 guim⁹ i bijs q sūt a nā: qz qdā sūt a  
 nā tm̄ sic oliua q gnātur ex oliua: q  
 dā ab arte tm̄: sic dom⁹: ⁊ qcuqz ar/  
 tificialia q sūt a suo artifice. s; qdā

sunt partim a nā ptiz ab arte: sicut  
sanitas q̄ partim est a nā ⁊ partim  
ab arte qz ē a medico: ut ē minister  
nature: ⁊ vt viuēs ⁊ p̄fortans natu  
ram. ¶ Et in vli rerum p̄ductio  
ne dicimus: q̄ q̄dā p̄ducta sunt per  
creationē tm̄: ut illa q̄ fuerunt a dō  
p̄mo p̄ducta. Quedaz p̄ ppagatio  
nem tm̄: vt illa q̄ cōtinue p̄ducunt  
Sed q̄dā ptim p̄ ppagatiōez: ⁊ par  
tim per creationē: vt hō cuius cor  
pus est per ppagatiōez: sed aia est  
per creatōez. ¶ Sc̄do etiā suo mō  
dici p̄t de triplici ptate ecclesiasti  
ca. Quia q̄dam ē a deo tm̄: ⁊ in me  
diate: vt ptās ordinis. q̄daz ab ho  
mine tm̄: ut ptās mere iurisditiōis  
in oib⁹ alij a sūmo pontifice. Que  
daz partim ē a deo ⁊ ptim ab hoie:  
vt ptās clauuz: ⁊ ois illa ptās que  
aliquo mō dicitur mixta seu cōposi  
ta ex ptate ordinis. Et ex ptate iu  
risditiōis. Et hinc ē q̄ in diffinitiōe  
clauuz aliud ponit ptinēs ad ordi  
nem: ⁊ aliud ad iurisditiōē cū dici  
tur q̄ clauuz est ptās ligandi atqz  
soluēdi qua ecclesiastic⁹: iudex di  
gnos recipere dz. ⁊ indignos exclu  
dere a regno. ¶ Dō. n. aliqs hēat  
ptatem ligādi ⁊ soluēdi hoc ptinet  
ad ordinē vel saltē ad ordinē neces  
sario cōsequit: q̄ pro tanto dico: qz  
magr̄i ponit q̄ dñs dedit ptatē sa  
cerdotalem discipulis q̄tuz ad p̄  
cipalem actū in cena: ante passionē  
q̄ dixit. Accipite ⁊ māducate. Et

postea subiunxit hoc facite in meā  
p̄memorationē. S; post resurrecti  
onem dedit eis ptatem q̄tū ad a  
ctū sc̄dāriū q̄ dixit Jo. xx. accipite  
sp̄m sanctū quoz remiseritis pec  
cata ⁊c. Est tm̄ cōsiderandū q̄ cum  
dñs aliq̄ esse ab hoie tm̄ nō exclu  
dimus cōem dei actionē qui ē p̄nci  
palis actor ⁊ institutor ois potētie  
⁊ ois scie: ⁊ opatur in oī opante. di  
uersimode tm̄ agit: qz aliq̄ media  
te. ⁊ aliq̄ in mediate. Luzēt dicim⁹  
aliquā ptatem nō esse in mediate a  
deo: nō accipim⁹ ibi in mediatōne  
virtutis: qz h̄m h̄c modū: sicut oia  
sunt principaliter ab ipso. Dicen  
te Amselmo lib. de concor. p̄cie ⁊  
liberij arbitrij: q̄ nulla res h̄z vllā  
ptatem volendi: aut faciendi: nisi  
ipso dante. Sed accipim⁹ ibi in me  
diatiōne q̄tū ad imediatōem sup  
positoꝝ agentiu: vt q̄ non sit aliqd  
medium cōferens talem ptatem p̄  
virtutem a x̄po habitam: nisi soluz  
ministerialiter.

¶ Capl. iij. in quo ostenditur  
q̄ ptās ordinis sit i mediate a x̄po.  
**I**acet ab hoibus sit sa  
tus cōiter concessum q̄  
ptās ordinis sit in me  
diate a deo siue a x̄po  
inquātum de⁹ inuocūqz hēnt eā  
p̄t tm̄ ad p̄ns hoc nihilomin⁹ dupli  
citer declarari. Quarū vna rō su  
mitur ex pte ordinis s̄m se: ⁊ est ra  
lis. ¶ Illud qd̄ est super natura,

le excedens totā facultatē nature:  
non pōt esse ab agēte naturali. S3  
huius ē ptās ordinis. ergo ipsa nō  
pōt esse in quocūq; hēnte eā ab agē  
te naturali. Maior ppositio videt  
esse manifesta: qz effect' d3 pportio  
nari agenti: 7 determinat' effectus  
de terminato agenti. Minor etiaz  
apparet qz p collationē ordinis cō  
fertur ordinato qdam spūalis ptās  
perquā fit administratio sac' oruz:  
7 quarūdam rerū spūaliuz 7 insup  
nālium in quarū etiam collatione  
pferē gratia gratū: faciens q nō pōt  
esse: nisi in mediate a deo: ppqd be  
nedictū est sicut etiā cōiter dicitur  
q stat' ecclesie ē qdā medius stat'  
int statū nāe 7 statutū glie. 7 iō cō  
ueniens 7 expediens ē q in ea cōti  
nue fiant aliq que in mediate respi  
ciant ipm agens sup nāle. ¶ Se  
cunda non pōt sūmi ex pditiōe ipsi  
us rōnalis creature que pp pecca  
tum pmi parentis duo mala incur  
rerat. v3 malum erroris 7 ignorantie:  
7 malū culpe. Sed sicut ad hec  
q malo erroris 7 ignorantie libere  
mur indigemus fide 7 aliquibus re  
uelatiōib' in mediate nobis tradi  
tis p xpm iuxta sniam origenis di  
centis supra illud. In pncipio erat  
vbum: qz sicut ad secretuz hois qz  
deuenire non pōt: nisi p vbum eius  
indutū voce vel litteris: sic nec ad  
secreta celestia pns: nisi per ver  
bum eius indutū carne. Qd bene

4  
pfiguratū dici pōt per hoc quod  
scribitur apoc. v. q nemo poterat  
neq; in celo: neq; in terra: neq; sub  
tus terram apire libzū per quē in  
telligimus diuina ministeria: s3 ne  
q; respicere. Et seqtur q agnus q  
occisus ē: perquā intelligim' ape  
ruit 7 reserauit nobis ministeria q  
erat nobis necessaria ad salutē. Si  
cut gatenebri ignozantie purga  
mur per aliqua nobis tradita i me  
diate per xpm: sic suo mō dicendū  
est de imunditia culpe: q ad hoc:  
vt ab ipsa mundemur indigemus  
aliquibus remedijs nobis in media  
te p xpm cōicatis. Et hui' sunt spā  
liter remedia sac' alia: que admini  
strent 7 dispensant per ptatem or  
dinis: que a xpo nobis i mediate cō  
fertur: vt de hoc exponi possit qd  
scribitur in canonica Joānis. An  
ctioez accepisti a saucto. i. a xpo  
qui est sanctus sanctorū.

¶ Caplm. iij. in quo ostenditur  
q potestas iurisditōnis in summo  
pontifice sit in mediate a xpo.

**Q**uod aut sūmus pon  
tifer hēat virilem ptā  
tez in mediate a xpo nō  
solum ordinis: s3 etiaz  
iurisditōnis declarari pōt rōnib'  
7 etiam auctoritatibus. ¶ Ratio  
nes due ad hoc induci pnt. Qua  
rum vna sumitur ex vritate eccle  
sie. et alia ex vritate fidei. ¶ Pri  
ma talis est. Sācta ecclesia pfecte

oꝛ poni vna: non soluz vnitare for/  
mali per fidez: spem ⁊ caritate: seu  
vnitate finis: qꝛ ad vnū sineꝛ ordi/  
nat: sed etiā vnitate dirigētis ⁊ re/  
gulantis qꝛ non esse possit: nisi ha/  
beret vnū vniuersalē vicariū: qꝛ te/  
neat vniuersalem ⁊ plenā ⁊ i medi/  
atam ptātem a dño principali siue  
a suo supiori. Nullus autē est supior  
eo: nisi xꝑs ⁊ hō qui ecclesiam be/  
dificauit. Nam si hanc ptātem ha/  
beret mediante alio iam ipse non  
esset pm⁹ ⁊ vniuersal vicari⁹. Idē  
patere pōt ex veritate fidei: in qua  
pnt plura dubia insurgere: sicut cō/  
tinue insurgūt: ppter qd̄ oꝛ qꝛ apō/  
aliquem virū resideat ptās iudicā/  
di ⁊ sniandi in talib⁹ qꝛ hēat in me/  
diatē ab illo qui fuit pncipalis or/  
dinatoꝛ ⁊ edificatoꝛ ecclesie ⁊ fidei  
Nam lz ad alios doctos ⁊ ingenio/  
sos ptnere possit de talib⁹ ingiti/  
ue ⁊ rōcinatiue: per tractare ⁊ in/  
uestigare auctoritatiue tñ ⁊ deter/  
minatiue: hoc solū pertinere pōt: ⁊  
debz ad vniuersalē vicariū ecclesie  
qui totam ecclesiam hz dirigere et  
gubernare. Et hinc est qꝛ in sui ca/  
thedratiōe dicit. Tribuas eidē ca/  
thedram pontificalem ad regēduz  
ecclesiam tuā ⁊ plebētue sortis in/  
tra mundi limitem vniuersam. In  
qꝛbus vbis satis exprimit ei⁹ ptās  
vniuersaliter: ⁊ in mediare a deo si/  
bi pcessa. Et cirillus in lib. thesau/  
orū sic ait. Dedit filius petro ple

nissimā ptātem ⁊ eius diadochis. i.  
successorib⁹ non minus. Ecce qꝛ si/  
cut in mediate ptātem dedit petro  
ita ⁊ eius successorib⁹. Et crisosto/  
mus exponēs illud tibi dabo cla/  
ues regni celorum: ait sicut a patre  
xꝑs ad salutem oīuz mittitur sic ⁊ a  
xꝑo petrus ⁊ eius ecclesia ad oīuz  
salutem mittitur cū ptāte plena su/  
per oēs: qꝛ nulli hoiuz credim⁹ esse  
concessum. ¶ Et hoc qdem satis  
clarum eē videtur: ⁊ qui prium pti/  
naciter assereret vnitati ⁊ ptāti ec/  
clesie multū detraberet: ppter qd̄  
qꝛbulibz xꝑianus iure fidelitatis ⁊  
xꝑianitatis toto coantu tali op/  
ponere se oꝛ. Si inueniat dicente.  
Aui. vlt. caplo sue metaphi. Vbi  
ait d̄ eligēdo sūmo sacerdote. post  
fidē pphie nihil acceptabilius deo  
qꝛ interfectio illius qꝛ vult ipedire  
dignitatē sūmi sacerdotis. ¶ Est  
tñ diligenter cōsiderandū: qꝛ lz di/  
camus summū pontificem habere  
plenā ⁊ vniuersalem ptātem. nō tñ  
ita plenā hz nec ita vniuersalez sic  
habuit xꝑs: qui ē principalis dñs:  
nō ita vlem: nec extēsiue: nec dura/  
tiue. Extēsiue nō qꝛ xꝑi potētia se  
extēdit ad oēs creaturas. Omnis  
enī creatura sibi subiecta est. Rō/  
nalis ⁊ irrōnalis terrestis ⁊ iferna/  
lis. vñ ⁊ dī caput angeloz. Sz sum/  
mi pontificis ptās se extendit solū  
ad creaturas illas que sunt gratie  
⁊ beatitudinis capaces. vnde esse

caput solum dicitur hominum fidelium  
et viatorum. Ad ipsos etiam fide-  
les non se extendit in quantum infide-  
les sunt. Sed in quantum fieri pos-  
sunt fideles et membra christi. Et per-  
sequens unitati ecclesie aggregari  
unde dicitur glo. super illo verbo ap-  
ostoli ad corinthios. Quid mihi de hiis qui fo-  
ris sunt iudicare nos dominus iudica-  
bit. q. d. quod de infidelibus non habeat  
iudicare. ¶ Duratiue etiam non  
quod christus habet potestatem eternaliter.  
Sed christi vicarius habet eam temporaliter.  
Nam quilibet apostolicus habet  
hanc potestatem solum dum uiuit in hac  
presenti uita. Id est in diuersis continue-  
tur usque in finem iuxta promissionem  
factam per principalem dominum christum.  
Ergo inquit uobiscum usque ad consu-  
mationem seculi. Quod ueritatem  
habet qui sua eterna potestas in suis uica-  
riis usque in finem continuabit. ¶ Non  
habet etiam plenam auctoritatem: quod christus  
in sacris que sunt uasa gratie qui-  
bus tota ecclesia in salutis: uia di-  
rigitur. habuit potestatem excellentie  
quod de aliquo suo uicario dicere non  
debemus: quia in talibus solum habet potestatem  
ministerij. Et id est non tantam nec  
omnino talem potestatem habeat quales ha-  
buit christus infallibiliter: tamen uerum  
est quod omnem potestatem habet que est ec-  
clesie oportuna et necessaria: ad sa-  
lutem fidelium procurandam: ut de  
tali potentia loquamur sicut loquitur  
Augustinus in libro de ueritate

5  
tate de sacra scriptura dicens. Quod  
non quicquid ab homine sciri po-  
test huic scientie est tribuendum:  
sed illud tantummodo quo fides salu-  
berrima que ad ueram beatitudi-  
nem ducit gignitur defenditur et  
roboratur. Sicut et suo modo sum-  
mi pontificis potestati. Non omnis po-  
tentia que homini communicari potest  
tribuenda est: sed solum illa que ne-  
cessaria est ad salutem hominum pec-  
candam. Et ut omnia alia potestates in ec-  
clesia ab ipsa deriuetur: et ad ipsas  
ordinetur: et ei subijciatur: quia pe-  
des eius succedunt pedibus illis  
de quibus scriptum est. Omnia sub-  
iecisti sub pedibus eius: et quos san-  
cte mulieres tenuerunt: et tenere debet  
uniuersus populus christianus: propter  
hoc conuenienter quilibet fidelis lo-  
co saluationis scribit eidem pedum  
oscula beatorum.

¶ Cap. v. in quo ostenditur quod  
potestas iurisdictionis etiam in apo-  
stolis et discipulis fuerit in media-  
te a christo.

**Q**uod etiam sancti apostoli et  
discipuli habuerunt potestatem  
iurisdictionis in me-  
diata a christo pro-  
pbari potestatem  
¶ Primo ex hoc quod christi perfecta  
sunt opera. Ad perfectionem autem pa-  
storis uide esse potestatem iurisdictionis ne-  
cessario requisita. Ipsi autem apostoli  
et etiam aliquo modo discipuli fue-  
runt pastores sub principali et uili

pastore petro: ordinati a dño nro  
iesu xpo. Unde Ath. vlti. cõiter  
eis dicit. Etes in mūdum vniuer  
sum predicate euāgelium vniuer  
se creature: baptizātes eos ꝛc. In  
quo danť intelligi alia sacra: quia  
baptism⁹ ianua ē sacrorum: q̄ ptās  
ad iurisdictionē pertinere videt. Max  
sacra conferre ꝛ predicare predi  
catione publica in ecclesia: in qua  
aliqui ordinant quasi subditi ꝛ di  
scipulis suis superiorib⁹ non videt  
sine aliqua iurisdictione posse esse.  
Sic enim ꝛ nūc videm⁹: q̄ nec vn⁹  
curatus in parochia alterius: nec  
vnus ep̄s in diocesi alteri⁹ predica  
re possunt: nec etiā sacra cõferre p  
pter iurisdictionū distinctiones. Et  
glo. super illud ps. Dum discernit  
celestis reges super eam ꝛc. dicit  
celestis. i. xps qui sup oēs celos a  
scendit. Discernit. i. diuidit vel di  
stribuit reges. i. rectores: sup eam  
i. super ecclesiam. Et signanter  
dicit diuiditur vel distribuit: quia  
talis collatio magis fuit distributō  
q̄ diuisio. ppter ipsorum enim per  
fectionem talis diuisio vel distin  
ctio necessaria nō erat: q̄ nec time  
ri poterat: nec vnus occuparet iu  
risdictionem alterius quib⁹ omnia  
erant omnia ꝛ distribuebant vni  
cuiq̄: sicut cuiq̄ op⁹ erat. Et glo.  
super illud. Luc. vi. christus elegit  
xij. quos apostolos nominauit. di  
xit quos ad propagandum auxiliū

salutis humane: per terrarū orbes  
satores fidei destinaret: que omnia  
bene decenter fieri nō poterant si  
ne aliqua iurisdictionis ptate: quia  
vt dicit alia glo. pascere oues ē cre  
dentes in christo: ne a fide deficiāt  
confortare exempla virtutis cum  
verbo predicationis impendere ad  
uersarios ꝛ errantes: subditos cor  
rigere. In hijs autem ꝛ similib⁹ iu  
risdictionem ꝛ auctoritatem confer  
re: non oportebat per vicarium fie  
ri. quando presens erat dominus  
principalis. Sed post ipsi⁹ corpo  
ralem absentiam indubitanter est  
verum: q̄ omnes habentes talem  
ptatem iurisdictionis in ecclesia a  
petro ꝛ petri successorib⁹ in media  
te acceperunt ꝛ accipiunt. Im qd  
cõsequenter magis videbitur ꝛ p  
babitur: propter qd Augustinus  
exponens illud Math. xvj. Tu es  
petr⁹ ꝛ super hanc petram ꝛc. Di  
cit. i. te petrā. Licet alij aliter expo  
nant. Et idē Aug. in quodā sermo  
ne decat hedra bti petri ptractans  
vbū pdictū ait. Petrū itaq̄ funda  
mentū ecclesie dñs noiauit: ꝛ ideo  
digne hoc fundamētū colit ecclesia  
sup qd ecclesiastici fundamēti altitu  
do surgit. Ipsi et sc̄ti apli q̄stūcūq̄  
eēt a xpo imediate vocati ꝛ instituti  
cōi tñi approbationē recognouerūt  
petrū ipsoꝝ caput pncipē ꝛ maḡꝝ  
ꝛ p̄ns toti⁹ ecclesie. Sibi enī soli di  
ctū ē i. Joāne. Tu vocaberis cephas

qui lz petrus interpretet fm vnaz  
 linguā. tñ fm aliam caput exponit  
 vnde statim assumpto christo in ce  
 lū. ¶ Petr⁹ tanq̄ ei⁹ successor eccle  
 siam regere cepit. dum ad cōplen  
 dum duodenariū numerū aposto  
 lorum: loco iude p̄uicatoris: ex  
 verbis pp̄he aliū instituit ⁊ subro  
 gari fecit. Ipse enim in anania ⁊ sa  
 phira vxore ei⁹ tanq̄ p̄nceps apo  
 stolorū mortis sniaz pmulgauit: qz  
 mentiti fuerūt sp̄iū sancto. Ipse so  
 lus in symonē maguz sniam dāna  
 tionis pnunciauit. Licet nō ei soli:  
 sed oibus cōiter pecuniā obtulissz  
 que oia ⁊ plura alia adduci possēt  
 satis ostendunt qz oēs alij apostoli  
 ⁊ discipuli: lz a xp̄o i mediate pote  
 statem habuerunt petrū tñ semper  
 recognouerūt in dñm ⁊ magistrū.  
 ¶ Capl̄z. vj. in quo rōnes aliquo  
 rum ponunt: ostendentes qz pote  
 stas iurisditiōis in epis ⁊ curatis  
 sit i mediate a xp̄o.



**D** nūt aliq qz non solū  
 ptās ordinis: sed etiāz  
 iurisditiōis sit i hñtib⁹  
 eā in mediate a xp̄o qd  
 pbat multip̄r. ¶ Dñō sic apli ⁊  
 discipuli hūerunt hāc ptātē a xp̄o  
 in mediate. Sed epi ⁊ curati sunt  
 successores eorū: qz aplis succedūt  
 epi ⁊ septuaginta duob⁹ discipulis  
 succedūt curati: ergo ⁊ oēs isti: oēs  
 habent ptātē in mediate a xp̄o.  
 Adaior: pbat illud qd scribit 3o.

¶ Sicut misit me pater: ⁊ ego mit  
 to vos. Et cū hoc dixisset insufla  
 uit: ⁊ dixit. Accipite sp̄m sanctuz  
 quoz remiseritis peccata ⁊c. Qd  
 exponēs Aug. in libro q̄stionū no  
 ui veteri⁹ testamēti. q. xcij. dicit sic  
 Illud quod insuflasse in discipu  
 los: xp̄s legitur: post tps resurre  
 ctiōis sue: ⁊ dixisse. Accipite sp̄m  
 sanctum. Ecclesiastica potestas i  
 telligit esse. Et qz vere adius eccle  
 siasticum p̄tinet: statim subiicit di  
 cens quoz remiseritis peccata ⁊c.  
 Et qd dominus apostolos episco  
 pos ordinauerit: nemo debet ābi  
 gere dicente Aug. infra eodez lib.  
 qd̄ne. xcviij. ¶ Nemo ignorat saluato  
 rem episcopos in ecclesijs istituissē.  
 Et Ysidor⁹ dicit qz ceteri aposto  
 li cum petro pari cōsortio honorez  
 ⁊ ptātē acceperūt. ¶ Dedit eti  
 am eis ptātē p̄dicandi ⁊ baptizā  
 di. ¶ Mar. vltimo. Euntes in mun  
 dum vniuersum p̄dicare euangeli  
 um baptizātes ⁊c. ¶ Adinor etiā  
 probat per illud qd scribitur Ma  
 the. in fine. Dixit enim dñs aposto  
 lis. lxxij. Ecce vobiscuz sum vsqz  
 ad cōsumationē seculi. ¶ Hoc autem  
 non potest intelligi de apostolis ⁊  
 discipulis in suis pp̄rijs p̄sonis: er  
 go oportet qz intelligat in suis suc  
 cessoribus. Sed successores ap̄lo  
 rum nō possunt esse nisi epi: cū apo  
 stoli epi fuerit nec successores ap̄lo  
 rū disciploz p̄nt eē nisi sacerdotes

curati q sunt sacerdotes scđi ordi-  
nis: vt patet ex ipso textu: qz dicit  
oib' diebus. ⁊ sic sine interruptiōe  
S; post hec vba q xps dixit nō fue-  
runt sacerdotes p̄tinue sine iterru-  
ptōe: nisi sacerdotes scđi ordinis ⁊  
curati: nec legit d qbuscūq; alijs q  
sic fuerint. ¶ Hoc ē p̄bat ex alio  
qz status discipuloy est stat' verar.  
⁊ status regis a xpo institutus: ⁊ i  
illo statu ex̄nibus ex diuina insti-  
tutiōe: competit p̄dicare corrigere  
⁊ sacra ministrare: s̄m qđ sunt tres  
status verarci. S; in tota ecclesia  
dei nō inueniunt p̄byteri nō epi: q  
bus ex diuina institutiōe ⁊ iure or-  
dinario h̄ pueniant nisi curati: s; p-  
sūmi p̄tificis p̄uilegia, ergo nulli  
alij tenēt statū discipuloy. ¶ Hoc  
idē p̄firmat: qz Mat. xxiij. dñs tā-  
git tres dñas hoium q sunt duo in  
agro: duo i lecto: duo i mola: vt vi-  
dit glo. q tagit tres dñas siue stat'  
hoiuz. s. actiuoy seu p̄latoy q signi-  
ficant p duos in agro. Cōtemplati-  
uoy q significant p duos in lecto.  
Cōiugatoy q significant p duos in  
mola. Cū ḡ religiosi oēs ⁊ curā aia-  
rū non hñtes p̄tineant sub p̄tēplati-  
uoy statu. segtur q nulli tales sint  
in statu discipuloy: q est stat' acti-  
uus cure ⁊ regimis: nisi solū curati  
⁊ sic v̄i seq̄ conclusio p̄ncipalis: q si p̄-  
mi habuerūt in mediate a xpo q ⁊  
successores. ¶ Et declarat h̄ ad-  
huc magis: qz p̄tās illis collata est

p̄tinuata in istis: ⁊ a quo ē p̄tās ab  
eodē est p̄tātis cōtinuatio. ¶ An s̄m  
eos sicut sūm' pontifex: cū assumit  
ad statum papalē quē dñs institui-  
tur assegtur suā p̄tatem a dño iesu  
xpo: sicut etiā est de epis ⁊ curatis  
cū, assumunt ad dictos stat' a dño  
institutos: q in mediate assecuntur  
suam p̄tatem a xpo tales instituēte  
status: nō q̄ipe de celo descendat  
sed hoc ministerialiter fit ab hoie.  
¶ Hoc idem arguit scđo sic: xps  
edificauit ecclesias suā sup: a se pe-  
tram dando sibi ligandi atq; soluē-  
di p̄tatem. Vnde Mat. xvi. dixit  
dñs petro: sup hanc petrā. i. me pe-  
tram edificabo ecclesiā meaz. Sed  
p̄lati ecclesie. s. epi ⁊ curati q sunt  
p̄ncipaliores in ecclesia: sunt eccle-  
sia put hic sumit. ecclesia ergo xps  
epis ⁊ curatis dedit p̄tatem: ⁊ non  
petrus q ecclesiam non edificauit.  
Et qui dicit aliuz a xpo dedisse v̄l  
dare p̄tatem dicit illum edificasse  
ecclesiam: q est cōtra euangeliū q  
narrat xpm dixisse sup hanc petrā  
⁊ c. Vbi dicit glo. hanc qdam p̄tā-  
tem eadem iudiciariāz ceteri apli  
acceperunt: ⁊ etiam ois ecclesia in  
epis ⁊ curatis. Et remigiuz ibidē  
hic ligandi ⁊ soluendi potestas q̄  
uis sibi petro data videatur. tamē  
ceteris aplis dñi nec in epis ⁊ cu-  
tis toti ecclesie. ¶ Pretea nullū  
agens creatū facit subiectum in q  
agit. cū ergo ois actio pape: inq̄stū

papa sit supra ecclesiam. 7 ptes ei<sup>9</sup>  
 segtur q<sup>o</sup> ecclesiam nō fecit nec edi  
 ficauit. Sed xpus edificauit duos  
 status ordinādo: 7 eis ptātez dan  
 do. ¶ Preterea sic se h3 petr<sup>9</sup> ad  
 aplos 7 discipulos sicut petri suc  
 cessores aploz 7 discipuloz. Sed  
 petr<sup>9</sup> aplis 7 discipulis ptāte in nō  
 dedit: nec eoz status instituit. S3  
 xps ergo successor petri dictorum  
 successorib<sup>9</sup> cuiusmodi sunt epi et  
 curati: ptātem dedit: nec eoz stat<sup>9</sup>  
 instituit sed xps. ¶ Dicūt tamen  
 q<sup>o</sup> dñia est inter aplos 7 discipulos  
 ex vna pte: 7 eorum successores ex  
 alia. Quia xps statum aploz 7 di  
 scipuloz instituit in mediate. 7 eis  
 ptātem dedit sicut q<sup>o</sup> etiaz ipse eos  
 ad eoz status assumpsit. Sed epō  
 rum 7 curatoz statū instituit in me  
 diate: 7 eis ptātem dedit in aplis  
 7 discipulis. Epō tamē 7 curatos  
 ad eoz status nō assumit nec insti  
 tuit: sed instituunt ad eos p<sup>o</sup> hoiez  
 sicut per papā: oēs generalr pñti/  
 stitui epi 7 curati. ¶ Per episcopos  
 nō oēs curati sibi subiecti: 7 istud  
 s. q<sup>o</sup> possit inferiores instituere ad  
 statum suū puenit dño pape: 7 epi  
 scopis iure ordinario p ptātem ye  
 rarcay eis a dño datam. Et addu  
 citur in simili q<sup>o</sup> dñs papa h3 pote  
 statez in mediate a xpo: qđ non pōt  
 intelligi q<sup>o</sup> in ei<sup>9</sup> creatione xps de/  
 scendat ad dandum talem ptātem  
 Sed xps statū papalem in petro i

stituit: 7 ei ptātem dedit pro psona  
 sua tm̄: sed pro oibus successorib<sup>9</sup>  
 suis: qui ad illum statum assumun  
 tnr. Et q<sup>o</sup> illa ptās 7 status: nō po  
 test remanere nisi in psonis. ideo si  
 cut psonē illo statu sibi inuicē suc  
 cedunt cōtinue: ita 7 ptās data in  
 personis sibi inuicēz succedentib<sup>9</sup>  
 Sicut suo modo esse specificum de  
 riuat 7 continuatur per successio  
 nem indiuiduorum sub illa specie.  
 ¶ Preterea ex glo. q<sup>o</sup> ponit apo.  
 3o. sup illo verbo signa que locu  
 ta est. vij. tonitrua. ¶ Habebit q<sup>o</sup> qui  
 p̄dicabit tēpore anti xpi. ¶ Habebūt  
 officium a suis antecessorib<sup>9</sup>: q<sup>o</sup> nō  
 potest intelligi de apostolis 7 di  
 scipulis: qui tunc nō viuēt: oportet  
 ergo intelligi q<sup>o</sup> ab illo eodē a quo  
 antecessor habuit: 7 successor hēat  
 officium p̄dicandi. Si q<sup>o</sup> si aliquis  
 abbas impetraret aliquā liberta  
 tem inquātum abbas. si moriatur  
 eius successor hēbit eandem pote  
 statē 7 post ipz ali<sup>9</sup> vsquo durabit  
 monasteriū. Tales aut<sup>9</sup> successores  
 nō hēbunt istā ptāte ab antecessorib<sup>9</sup>  
 sed ab illo q<sup>o</sup> eaz p̄mo dedit abbati  
 Sic suo mō successores aploz 7  
 discipuloz suo ptātem hēnt a xpo  
 qui eā p̄mo dedit aplis 7 discipulis  
 ¶ Hanc sniam videt expresse po  
 nere Ber. ad eugenium papā dicēs  
 sic. Erras si vt sūmaz. ita 7 solā isti  
 tutā a deo n̄ az aplicā ptātez existi  
 mes. Si hoc sentis: dissentis ab eo

qui ait: nō est ptās nisi a deo: proin  
de qđ sequitur: qui ptāti resistit dei  
ordinationi resistit. Et si pncipali-  
ter te facit nō tamē singulariter. De  
niq; idem ait. Omnis aīa potesta-  
tibus sublimiorib; subdita sit. Nō  
ait sublimioribus tanq; in multis:  
nō tua ergo sola ptās a dño: sunt et  
mediocres: sunt et inferiores. Et  
hoc vt subiungūt nō derogat: nec  
pncipatui: nec etiā plenitudini po-  
testatis summi pōtificis: qz ex hoc  
pncipatus ponif nobilior tanq;  
ducens origine ex nobiliori princi-  
pio. Sua etiāz potestas ponif sup  
prema: qz in oīs potest actus p̄ere  
arcos exercere: et oibus sacra mi-  
nistrare: et vsus ptātis eius a solo  
deo dependet. vsus autem ptātis  
inferior; bene dependet a dño pa-  
pa: qz ipm pōt impedire et suspen-  
dere tanq; iporum corrector: et sup  
prem; p̄ereat. enīz aliqđ attribue  
retur: homini puro qđ subtrahat a  
domino papa: bene facit sibi p̄eiu-  
dicium.

**C**aplm. vij. in quo pbatur qđ ta-  
lis ptās iurisdīōis nō est in media  
te a xpō in epis et curatis.

**Q**uod autē ptās iurisdī-  
tionis nō sit in media-  
te a xpō in epis et cura-  
tis p̄bati pōt rōnibus  
ostensius: et etiāz ducētib; ad incō-  
ueniēs: et pōt esse prima rō ostensi-  
ua hic. **N**ō minorem ptātem bz

xpi vicarius i regno ecclesie: qđ ad  
ea que cōferri possunt a puro ho-  
mine qđ hēat quicūq; rex tēporalis  
super regno suo: imo videt qđ ma-  
iorem. Quia vnitās et maxima po-  
testas pncipāt;: magis d; reserua-  
ri in monarchia clericali et spūali  
tanq; diuino principatui vicinor;. **S**ed in regno tēporali: vt plurimū  
tota ptās iurisdictionis est a rege.  
ergo misto magis hec erit in regno  
spūali ecclesie qđ oīs ptās iurisdī-  
tionis erit in alijs a summo rege: et sū-  
mo pontifice. **H**oc idem pōt p̄-  
bati scđo sic. primū et principale in  
vnoquoq; genere cā et principium  
est oīum aliorū que sunt post. Sed  
ptās iurisdictionis p̄mo et principa-  
liter data ē petro. **U**nde et sibi sin-  
gulariter dictum est. **I**dasce oīes  
meas. **I**n quo sibi cōmittit regnuz  
ecclesie: et sup eo datus sibi ptās iu-  
risdictionis. pascere enī pprie est re-  
gie ptātis. **U**nde reges eīz olim di-  
cebant. pastores ergo quicūq; alij  
erunt pastores: et reges in regno ec-  
clesie: qđ nō est regnum nature: sed  
gratie: talem ptātem habebunt a  
xpi vicario. **H**oc idēz pōt ostē-  
di tertio sic. **M**aiore ptātem videt  
habere sumus pontifex sup ptāte  
iurisdictionis in spūalibus: qđ super  
potestate iurisdictionis in tēporali-  
bus eō qđ illa ptās est eiusdem or-  
dinis cum sua ptās aut sup tempo-  
ralibus: nō est eiusdem ordinis cū

sua ptate. Sed ptas iurisdictionis  
 supralib' quabent reges ⁊ fideles  
 xpiani: dependet ⁊ hetur a su-  
 mo pontifice: iuxta sniam *Algonis*  
 in lib. de sacramentis fidei xpiane  
 ptate. ij. cap. iij. dicentis qd spualis  
 ptas terrenam ptatez instituire ha-  
 bet ⁊ iudicare: si bona non fuerit.  
 Et hoc satis couenienter videt ee  
 dictum: qz sicut spūs constitut' est  
 ad causandū ⁊ dirigendū virtutez  
 in corpore sic ⁊ ptas spualis tanqz  
 architeronica ordinata est ad for-  
 mandum terrene ptatis virtutem.  
 vnde glo. super illud ps. Et nunc  
 reges intelligite erudimini qui iu-  
 dicatis terrā: seruite dño in timore  
 dicit qd xpūs loquit ad reges terre  
 dicens. Et nūc me constituto rege  
 sicut predixit. Ego aut constitutus  
 sum rex ab eo: vos reges qui iudi-  
 catis terram: ne cōtristemini: sed i-  
 telligite ⁊ erudimini. expedit enim  
 vobis: vt sub illo scitis a quo est i-  
 tellectus ⁊ eruditō. Et expedit vt  
 temere nō dnemini sicut illi q nulli  
 putāt se esse subiectos: ⁊ dño omni-  
 um seruiatis. i. xpō ⁊ eius vicario  
 qz sui loco p̄fecit in terris: ppter qd  
 beato petro dicunt esse concessa iu-  
 ra celestis imperij ⁊ terreni: qz to-  
 tius ptatis spualis ⁊ tēporalis a pi-  
 cem tenet. Et si ptas temporalis a  
 spuali non solum iudicat: sed etiaz  
 istituitur ⁊ formatur: ⁊ spualiter a  
 ptate plenarie cuiusmodi est ptas

summi pontificis: qualiter esset lo-  
 quendum de potestate spuali sm  
 partem qualis est in alijs prelati-  
 ecclesie qad p̄ns dimittitur. *Adul-*  
 to fortius hic veritatē habebit de  
 ptate iurisdictionis in spualib': qz  
 ipsa habebit ⁊ iudicabitur a vica-  
 rio xp̄i. **A**d hanc etiā veritatē  
 ostendendam adduci possent plu-  
 res rōnes ducentes ad incōueniēs  
 qz ex ipsa multa incōuenientia se-  
 quunt. **A**am si ita esset qd talis  
 ptas iurisdictionis esset in mediate  
 a xp̄o. cū illud qd confert a prelato  
 superiori tolli non possit p̄ inferio-  
 rem: nec etiaz imutari sequi videt  
 qd talis potestas per summū pon-  
 tificem tolli non possit: nec restrin-  
 gi: nec dimidiari: que omia sunt ab-  
 surda ⁊ incōuenientia. Si eni vide-  
 mus de potestate cōsiderandi: que  
 qz sequitur ordinē sacerdotalem per  
 ep̄z tolli non p̄t: qz sicut talem or-  
 dinem nō contulit: nisi per ministe-  
 rium: ita nec auferre potest: vt cōi-  
 ter ponitur. I3 magister sniarum vi-  
 deatur esse cōtrarie opinionis. vo-  
 luit eni vt apparet. *iiij.* sniarum qd  
 talis ptas auferibilis esset p̄ mini-  
 sterium ecclesie: cuius dictū a ma-  
 gistris ⁊ a schola parisi. in hoc cōi-  
 ter nō tenet. **A**Preterea sicut vi-  
 demus qd ex cōicati: ⁊ ab ecclesia p̄-  
 cisi peccant si consecrant. Nihilominus  
 tamē si consecrant cōsecra-  
 tum est: qz propter efficaciam cōse-

crationis ordo d3 esse perpetu<sup>9</sup>: et hoc est q<sup>d</sup> cū degra dat<sup>9</sup> reconcilia tur nō iterū ordina<sup>9</sup>: q<sup>d</sup> ordinē non amittit. Mā z si tradatur iudicio se culari: non ē ex hoc q<sup>d</sup> ordinē amise rit. Sed quia pdidit priuilegiū in dultum tali ordini. Licz ergo tales peccent in cōsecrando: si tñ conse crant cōsecratū est. Sic etiā z in p/posito. quātumcūq<sup>3</sup> tales q<sup>d</sup> ptātez iurisdictionis hēret mediate a xpo tali ptāte de facto priuarent. Si tñ fm illā agerent lz peccaret in agē do tñ tenerz illud qd agerēt. Nñ si excōicarent vel absoluerent ali quem: q<sup>d</sup> alias ex pte sua esset iuste excōicandus: vel absoluēdus: talis excōicatio: vel absolutio tenerz: q<sup>d</sup> nullus sane mentis diceret: nisi co naret tunicam in cōsutilem scinde re. ¶ Preterea si ptās collata a xpo aplis z discipulis est cōtinua ta in epis z curatis: cū apli z disci puli recepint ptātem vbiq<sup>3</sup> pdicā di z baptizandi z sacra alia cōferē di. Vbiq<sup>3</sup> ergo qcunq<sup>3</sup> epi z curati ptātem hērent talia faciendi q<sup>d</sup> est incōueniens. ¶ Preterea si ptās epi est in mediate a xpo sicut ptās: sicut ptās dñi pape. seqtur q<sup>d</sup> sicut papa elect<sup>9</sup> statim pōt administra re: ita etiā esset de epo que oia sunt in puenientia. ¶ Multa etiā alia in puenientia sequerent que cā bre uitatis ad pñs dimittant. ¶ Sed vt sit ad vnum dicere positio ista

falsa est: z oia que descendūt ex ipsa Et q<sup>d</sup> falsa circa ea que sunt fidei annexa: seu etiā moib<sup>9</sup> bonis erro neuz iudicaf. ideo nō in merito oia talia: z viris itelligentib<sup>9</sup>: z si non heretica tñ erronea iudicantur.

¶ Caplm. viij. in quorū datur ad rōnes z auctoritates q<sup>d</sup> nitunt pba re q<sup>d</sup> talis ptās iurisdictionis sit i me diate a xpo in epis z curatis.



¶ Prima rō que superi<sup>9</sup> adducebat ad pbādū q<sup>d</sup> ptās iurisdictionis eēt in mediate a xpo cōsi stebat in hoc. Qd si pmi habuerūt in mediate ptātem a xpo apli z di scipuli. ergo z successores epi z cu rati. ¶ Dicēdum q<sup>d</sup> si z pmi habu erunt talē ptātez in mediate a xpo hoc oportebat z decedat: quia tūc pñs erat: nec oportebat tūc p suuz vicariū fieri. Nunc aut succedētes ab ipso habent in mediate a xpo qc quid a suis vicarijs hēri non pōt ni si per ministeriū. Sed a suis vica rijs hētur in mediate oē illō quod ab eis z per puros hoies dispēsa ri potest: cuiusmodi est iurisdictionis ptās que simplici vbo datur z da ri pōt. Non aut est ita de ptāte or dinis: que dari nō potest: nisi me diante ordinis sacro. ppter eniz so lo vbo facere non pōt epm nec pre sbyterū. ¶ Ad secundam rōnem cum dicitur q<sup>d</sup> episcopi z curati as sumuntur ad stat<sup>9</sup> apostoluzū z vi

scipulorum qui sunt stat<sup>9</sup> regimini<sup>9</sup>  
 Dicendū pmo ⁊ curati sic p̄cisse vt  
 ip̄e accipit succedunt apostolis ⁊  
 discipulis. Sed qz de hoc fiet capi  
 tulum per se ad p̄sens dimittatur.  
 Sed solū r̄ndeatur ad formā argu  
 menti. Et dicendū qz cuz tales ad  
 talem statum assumuntur: necessa  
 rio assequunt̄ oia illa sine quib<sup>9</sup> ta  
 les status esse non p̄nt. Constat au  
 tem qz verus ep̄s ⁊ ver<sup>9</sup> sacerdos  
 esse potest: sine p̄tate iurisdictionis  
 explicata: de qua loqm̄ur sicut ha  
 bet cōis vsus ecclesie. ¶ Potest  
 etiam dici sicut iam dictū est: qz qui  
 assumunt̄ ad statum talem: quicqd  
 sup̄ nāle in mediate consequūt̄ur a  
 xp̄o necessariū ad talem statuz: de  
 qb<sup>9</sup> non est p̄tās iurisdictionis q̄ pos  
 sit disp̄sari per agēs naturale. Et  
 cuz subiungit̄ qz a quo est p̄tās: ab  
 eodem ⁊ p̄tātis cōtinuatio. hoc ne  
 cessarium nō est: qn̄ talis res ince  
 pta sit p̄ alios sufficiēter cōtinuari  
 p̄t. Sicut si se videm<sup>9</sup> in opere cre  
 atiois qz si p̄mo de<sup>9</sup> p̄duxit res per  
 creationē: ⁊ in mediate nō oportet  
 qz nūc sicut fiat. ⁊ cōtinetur ⁊ speci  
 aliter ad illa que sufficiēter p̄du  
 ci possunt p̄ ppagatiōem. ¶ Exē  
 plum aut̄ qz adducitur de sūmo p̄ō  
 tifice ad p̄positum nō valet. Quia  
 ip̄e solus cū assumitur ad talem sta  
 tum assequitur in mediate a xp̄o ta  
 lem p̄tatem iurisdictionis sicut su  
 peri<sup>9</sup> vsus est: quia nec alium su

piorē recognōscita quo posset talē  
 auctoritatez consequi. ¶ Ad ali  
 ud cum dicebatur christus edifi  
 cavit ecclesiam. ergo ip̄e dedit po  
 testatem: dicendum qz verum est  
 multa tamen dimisit christus exer  
 cenda ⁊ ordinanda per successores  
 suos que ip̄e non ordinauit secun  
 dum quod temporum cōgruentia  
 exposcebat. Sic enim respondet  
 Augustin<sup>9</sup> in ep̄istola ad comitez  
 bonifacium obiectioni heretico  
 rum dicentium: quod ecclesia non  
 debet inuocare auxilium cōtra ali  
 quos: quia apostoli hoc non fece  
 runt: quod i ecclesia sancta qz a spi  
 ritu sancto dirigitur diuersis tem  
 porib<sup>9</sup> diuersa congruit agere. Sic  
 etiam ⁊ nunc videmus qz ep̄iscopi  
 hodie multis apparatibus ⁊ insi  
 gnijs vtuntur: quib<sup>9</sup> non vtēban  
 tur apostoli: nec propter hoc tamē  
 iudicandi sunt male agere dummo  
 do in talibus ordinate se habeant  
 in actu: ⁊ etiam in affectu. Et cum  
 dicit̄ glo. qz hanc potestatem iudi  
 ciam ⁊ c. dicendū qz verum est  
 sz diuersimode. Quia apostoli eā  
 receperunt in mediate a christo. sz  
 alij recipiunt eam a suo vicario: vt  
 talis potestas includere potest a  
 ctualem iurisdictionem. Si enim si  
 cut precise auctoritas deberet in  
 telligi: quilibet reciperet auctori  
 tatem petri. ¶ Ad aliud cū dici  
 tur nulluz agens creatū facit s̄bm̄i

in excōicatiōe ⁊ aliarū penarū i sli-  
ctiōe indulgētis ⁊ q̄cūq; relaxati  
one: in p̄ceptis ⁊ et̄ in q̄cūq; p̄stitu-  
tione seu obseruatiōe. Q̄s oia p̄su-  
mate ⁊ cōplete: solū cōpetunt ⁊ cō-  
petere p̄nt sūmo pontifici. q̄ et̄ oia  
p̄nter sub pt̄ate clauū intelligi p̄nt  
vñ cirillus in lib. thauorū de pt̄a-  
te ipsius pastores loquēs ait. Ipsi  
solius est resp̄dēdere: corrigere: sta-  
tuere: ⁊ disponere: solū ⁊ loco ei  
ligare: q̄ ip̄m edificauit ⁊ nulli alij:  
q̄ suū ē plēnū: s; ip̄i soli d̄dit cui oēs  
iure d̄no cap̄iclināt ⁊ p̄mates mū-  
di tanq̄ ip̄i d̄no iesu obediunt.

**C**ap̄lm. x. in quo agit de succes-  
sione p̄sonarū ecclesiasticarū ex qua  
plura clarius apparebūt que in p̄-  
missis posita sunt.

**I**sta distinctiōez trimē-  
brez sup̄ius dictā de sa-  
cerdotio p̄ueniēter acci-  
pi p̄t successiō p̄sonarū: ecclesiastica  
rū. Et q̄ in maximo sacerdotio q̄lz  
summ̄ pontifex sit successor xp̄i: et  
vicarius iesu xp̄i ap̄d rōne vtētes  
nulla dubitatio v; cōsurgē: vt ei cō-  
grue dici possit illd̄ qd̄ scribit iesus  
xc̄v. tu es de<sup>s</sup> aascōditus: q̄ exp̄ssas  
vices t; in terris dei absconditi: ⁊  
dei humanati. vñ papa d̄r q̄n̄i p̄f  
patrū: vel pastoz pastoz. Dicitur  
etiā singulr aplicus: q̄ vertici ap̄lo-  
rum succedit ⁊ toti ecclesie p̄cedit  
sedet q̄ aplica nūcupaf. Dicit̄ eti-  
am pater sanctissim<sup>us</sup>: q̄ sancti scōz

vices gerit. Nam ⁊ si p̄sona possit  
esse nō sancta semp̄t̄n̄ sc̄issimus ap-  
pellabit rōne status quā t;: a quo  
ois sanctitas in ecclesia deriuatur  
Vnde Crisostomus sup̄ illud act.  
Surgens petrus i medio t̄c. dicit  
de beato petro q̄ intelligi etiā p̄t  
de quolibz ei<sup>us</sup> successore caput san-  
ctissimū b̄ti aplici chori. Lamerari-  
us ⁊ portarius ipsius xp̄i ⁊ ei<sup>us</sup>. the-  
sauorū: ad quē xp̄m q̄ ingredi cupi-  
unt. ut ipse diffiniuit. Ego sum ho-  
stium iurantib<sup>us</sup> ad p̄em ingredi  
nō p̄nt: nisi petrus ap̄iat. **C** Scōz  
aut̄ sacerdotiū q̄ sup̄ius dicebatur  
sacerdotiū magnus inchoauit in s̄a-  
ctis aplis q̄ ipsi primo d̄ate sunt  
claves vt sup̄a visum fuit. vñ pau-  
lus ap̄ls de seipso ⁊ alijs loquens  
ait. Mos p̄mitias sp̄s b̄ntes glo-  
i. sp̄m sanctū b̄ntes ⁊ tpe pus ⁊ ce-  
teris babūdantius. Ipsi eni fuerūt  
p̄mi fundatores ecclie q̄ doctrinis  
⁊ exēplis: ⁊ etiā effusione sanguinis  
plantauerūt. pp̄ qd̄ p̄ueniēter sc̄a  
ecclesia aplica nūcupaf. I; p̄ncipa-  
liter a sūmo xp̄o quē sūmus ⁊ ver<sup>us</sup>  
ap̄ls. Nam ⁊ ap̄ls interpretatur mis-  
sus. Ip̄se de ip̄so dicit in Jo. Sicut  
misi me p̄r ⁊ ego mitto vos. I; sti at̄  
sancti apli p̄ xp̄m in mediate nō so-  
lum p̄secuti sunt sacerdotiū maius  
vt sup̄ dictū est: sed etiā p̄secuti sūt  
p̄ncipatū ⁊ p̄lationem iuxta illd̄  
ps. Cōstitues eos p̄ncipes sup̄ oēs  
terrā ⁊ nimis honorati sūt amici tui

deus: nimis pfortatus est pncipat<sup>o</sup>  
 eoz. Sup quo vbo dicit glo. qz fa/  
 cti pduces z pastores eccleie. Suc/  
 cessores ergo aploz sunt sacerdo/  
 tes maiores vel p'iarche: p'mates  
 archiepi z epi. Nec ppositu variat  
 si taliu dignitatu distinctio tēpore  
 aploz non fuerit: nec etiam noia di/  
 gnitatu: qz nō oportebat tūc in ec/  
 clesia pmitiua tantā varietatem di/  
 gnitatu existere: quātam pnter fie/  
 ri oportuit spē. i. directioē z magi/  
 sterio ecclesia augmētata z dilata/  
 ta: vt sicut vna cōitas excedit aliā  
 z cōitas puincie cōitatē ciuitatis: z cōi/  
 tas totius mūdi cōitatē regni. Sic  
 z vna potestas s'm quādam ordinē  
 excedit aliā z includit: vt sit ordo i  
 ptatibus: s'm q' est ordo in reb<sup>o</sup>. Mi/  
 hilomin<sup>o</sup> tñ lz nō oportebat dare tā  
 tam diuersitatē z varietatē in cāis  
 quātam dam<sup>o</sup> in effectib<sup>o</sup>: nec in pn/  
 cipijs qstā dam<sup>o</sup> in hijs que ex pn/  
 cipijs descendūt. vniuersalez tamē  
 eccliam s'm totū suū ambituz in ta/  
 li successione ordinare debem<sup>o</sup>: qa  
 vna est ecclesia veterē z moderno  
